Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



·mij?·

Et quia in eis unctus rex corporaliter mortuus: ipsi ab omni
gratiae rore siccantur. De quibus ebenezer dicitur ut agri primitiarum esse
non possent. Supbe quippe hebreae mentes primitiuos
fructus non ferunt. quia in redemptoris aduentu ex parte
maxima in perfidia remanentes: primordia fidei sequi noluerunt.
Sancta namque ecclesia in primitiis suis multitudine gentium secun
data. ut in mundi fine iudeos quos inuenerit suscipiet. et
extremos colligens eos. quasi reliquias frugum ponet. De quibus
nimirum reliquiis esaias dicit. Si fuerit numerus filiorum
israel quasi arena maris. reliquiae saluae fient. Possunt tamen iccirco
gelboe montes ore prophetae maledici. ut dum fructus exarescente terra non oriuntur: possessores uiae
sterilitatis damno feriantur. quatenus
ipsi maledictionis sententiam acciperent. qui apud se quib;
morte regis suscipere iniquitate sua exigente meruissent. Si;
quid enim quod apprehendit maledictionis sententiam ut ille suscepit.
qui nativitatem illius patri nuntiauit. Hoc autem nimirum tan
to intrinsecus maiori mysterio plenum est. quanto extrin
secus humana ratione uacuum. Nam siquid exterius rationa
bile fortasse sonuisset. nequaquam nos ad studium interioris
intellectus accendisset. Co quod nobis plenius aliquid intus in
nuit. quo foris rationabile nihil ostendit. Si enim ex